



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Misericordiam adiuuant quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

depositit, & pauperum redemptorem  
se uédidit. Psal. Propter miseriam in Psa. II.  
opum & gentium pauperum nūc exur  
gam, dicit Dominus. Et Ber. Pro me Bern.  
pendens in ligno, quis huc te adduxit?  
sola misericordia. Quartum est, quia  
diabolo disiplacet. Vnde P. Augusti- Augus.  
nus. De nulla re alia sic uincitur ini-  
micus diabolus sicut de misericor-  
dia. Quintum est quia homini mul-  
tum prodest. De hac materia require  
in capitulo de bonis ecclesiæ.

*Misericordiam adiuuant quatuor.*

Rimum est, ut homo ex propria  
**P**miseriam alienam intelligat. Eccl. Eccles.  
clesias. Attende quæ sunt pro-  
ximi ex te ipso. Prou. Homo in- Pro. 19  
digens misericors est. Et Gregorius. Grego.  
Ex uobis metipsis agnoscite quomo-  
do oporteat uos aliis misereri. Et P.  
Augustinus. Boni enim rectores ex Augus.  
sua infirmitate aliorum infirmitates  
pensant. Secundum est, ut cum ei eleet  
mosyna petitur, cogitat quis petat,  
quoniam Deus. Matt. 25. Quod uni Mat. 25  
ex minimis meis fecistis, mihi feci-  
stis. Et Hierony. Quotienscumque  
manum pauperi extederis, Christum  
cogita. Tertium est, quia debet cogi-

**CHRISTIANA**

tare , quid petat Dominus , quoniam  
**Augus.** suū . Vnde P. August. Omne enim bo-  
num nostrum aut ipse est , aut ab ipso.  
Idem dicit tibi Christus , da mihi de-  
eo quod dedi tibi . De meo quaro , &  
mihi non donas de meo . Da & reddo ;  
habuisti me largiorem , facito debito  
rē . Quartū est , quia ipse debet cogita-  
re q̄ ipse quādoq; ab eo habet petere  
regnū æternū , & q̄ modo negat ei mo-  
dicum panis , negabit ei Deus regnum  
suum . Prou . Qui obturat aurem suam  
ad clamorem pauperis clamabit ipse  
& non exaudietur . Vnde quidā sapie-  
ait . Ne dubites cum magna petas , in-  
pendere parua . Hæc sunt ergo que  
misericordiam adiuuant , quam si hi-  
buerimus erga pauperes , & nobis etiā  
fiet misericordia . Beati misericordes ,  
quoniam misericordiam &c .

**Pro. 21**

**Matt. 5**

*Mansuetudinis incitamenta  
sunt duo .*

**Eccl. I**

**Soph. 3**

**P**rimum est , quia Deo placet .  
Ecclesiasticus . Beneplacitum  
est Deo fides , & mansuetudo ,  
& hoc potest ostendi tribus modis .  
Primus est , quia ipse fuit mansuetus .  
Vnde Sopho . 3 . Querite dominum o-  
mnes mansueti terræ , querite iustum ,